

B. N. II, 158.  
h. 42, 14

X 1880337



DISSERTATIO INAUGURALIS  
DE  
CAPTIVIS IN BELLO,

vulgò

von

**Kriegs-gefangenen /**

QUAM

Auxiliante Divino Numine,

Ex permisu

Inclytæ Facultatis Juridicæ Argentoratensis

*Solenni Eruditorum Examinii Subjiciet*

*Ad d. Octobris Anno 1685.*

JOH. ADAM THANNER  
REDWITZIA-VARISCUS.

---

ARGENTORATI,  
LITERIS JOHANNIS WELPERI.

C10-9





105-2

PERILLUSTRI ac GENEROSISSIMO

DOMINO

GOTTHOFREDO  
STOESSER

Nobili Domino de *Gilienfeld*. ꝛc.

Serenissimæ Domus Ducalis Saxonicae Martisbur-  
gensis Ministro, Consiliario Sanctiori atque  
Cancellario, undique Magno.

Mæcenati suo ac Patrono  
Optimo,

Quaslescunque hasce pagellas Inaugurales  
decenter offerre,  
Eoque



Memoriam Collatorum in se Beneficiorum  
nunquam intermorituram  
Sancte polliceri,  
denique



Ulterius Ipsius Patrocinium  
devote implorare  
voluit

Tanti Nominis admirator  
Cultorque perpetuus

JO. ADAMUS THANNER





Quod DEUS bene vertat !

**N**on vulgi tantum hæc opinio, bellum ab omni jure abesse longissimè, sed & viris doctis ac prudentibus sæpè dicta excidunt, quæ talem opinionem foveant. Nihil enim frequentius quam opposita inter se, jus & arma. Quæ verba, prout sua sunt, ita multis adductis locis confirmat Grot. in Prolegom. ad opus. suum de J. B. ac P. post. pr. & certè in omnium ferè ore versatur illud: inter arma silent leges. Quàm falsum autem & à veritate alienum hoc sit asertum, satis non solum ostendit Grot. d. l. add. III. XI. n. 9. Sed & quotidiana docet experientia, rerum efficax Magistra. uti vocatur in c. quam sit. de Election. in 6to. quo enim tot ab Augustissimis Imperatoribus latae leges militares, inter quas hodie in

A 2

Imperio



Imperio nostro Romano Germanico primum  
 sibi vendicant locum Maximiliani II. Reut-  
 ter- und Fuß-Knecht bestallung zu Speyer  
 de Anno 1570. tendunt, quem alium sibi præ-  
 fixum habent scopum, ac juris in bello obser-  
 vantiam, adeò, ut, si quæ in bello silent leges,  
 nulla aliæ sint, quàm juris civilis subtilitates  
 concernentes, quarum tetrica & spinosior at-  
 que anxia contemplatio, uti loqui amat Zigl.  
 ad Grot. in præfat. in bello exulat, omnibus  
 inibi ex jure Gentium, semotis juris apicibus  
 discussis & pertractatis. Cùm verò non in-  
 ter infimos bellici juris effectus sit referenda  
 captivitas, ejusve aliquoties in dictis LL. mi-  
 litaribus mentio fiat, ut in Reut B. art. 94. 95.  
 Fuß-Knecht B. art. 62. idcirco non abs re fore  
 putavi, si loco dissertationis inauguralis qua-  
 dam de jure hodierno circa captivos conscri-  
 berem, cum præprimis nemo, quatenus mihi  
 equidem constat, peculiarem de hac materia  
 disquisitionem instituerit. Ducem habui,  
 Magnificum D. KULPIS, Almæ hujus Uni-  
 versitatis Antecessorem gravissimum, h. t.  
 Decanum maximè spectabilem, Patronum  
 ac Præceptorem meum ætatem colen-  
 dum, in Collegio suo Grot. ad lib. III. cap.  
 VII. junct.

VII.  
 hoc  
 duc  
 capt  
 die  
 men  
 clesi  
 stat  
 n. 23  
 Etu  
 freg  
 den  
 ex  
 im  
 mo  
 con  
 &  
 ori  
 colli  
 Bar  
 vlt  
 oap  
 men



VII. junct. c. XIV. cui, ut in cæteris, ita & in hoc plurima debeo.

*Materiam commendare superfluum duco, sufficiat mihi dixisse, apud Christianos captivorum redemptionem inter misericordie & dilectionis opera ac specimina commendari, ita ut ea de causa etiam sacris Ecclesiarum Thesauris non parcendum, leges statuerint. l. 21. C. de SS. Eccl. Grot. III. XXI. n. 23. ubi Lactantium, suum & Ecclesie factum, quod vasa Ecclesie etiam initiata confregerint, ut captivi redimerentur, defendentem: allegat.*

*Cæterum Lector cordate, si non omnia ex voto & spe inveneris tractata, ingenij imbecillitati & temporis angustie quæ premo, tribuas, perpendendo, in arduis etiam conatum esse laudandum. Interim vale & mihi fave.*





1056

Dissertationis inauguralis  
De  
**CAPTIVIS in BELLO**  
CAP. I.

EXHIBENS GENERALIORA CIRCA  
HANC MATERIAM, UBI DE CONSTI-  
TUTINE ET ORIGINE GAPTIVITATIS.

- § 1. Propositum.
- 2. Termini explicantur.
- 3. Quis dicatur nobis captivus.
- 4. Origo captivitatis.
- 5. Effectus captivitatis de jure  
Gent. veteri & novo.
- 6. Quando & cur servitus de-  
fierit.

§. I. **A** Nimus est de captivis in bello, quæ-  
dam consignare, & loco dissertationis inau-  
guralis solenni Eruditorum examini subjice-  
re: in cujus Thematistractatione ita versabor, ut post  
ea, que juris gentium sunt, præcipuè ostendam, quid  
obtineat hodie in *Imperio nostro Rom. Germanico*, per  
Leges publicas & Comitiales Ordinationes, nomina-  
tim der Röm. Käyssl. Manst. und des Heyl. Reichs  
Reutter Bestallung zu Spener 1570. aufgerichtet/  
item Käyser Maximiliani II. articul auf die Deutschen  
Knechte. Non omisâ tamen aliarum gentium circa  
hanc materiam, legum convenientiâ.

§. 2. Quamvis verò opus non sit, in termino-  
rum explicatione nimium desudare, ne tamen illo-  
tis, quod ajunt, manibus, rem aggrediar, & aliquid  
omisisse videar, paucissimis in eorum natales inqui-  
rendum duco: Est igitur Captivus à capio; à quo  
etiam

DISSERT.

A 3

etia  
pro  
ling  
Lex  
dici  
bis  
duel  
Qua  
Bec  
ut c  
pers  
Gal  
Kri  
sone  
eni  
ctar  
nob  
tiun  
spe  
inn  
mil  
bell  
sion  
nen  
qui  
eni  
om  
uta  
ad  
de  
satis





etiam descendit deinceps, qui antiquis dicebatur proximè quisque captus. *Becmann. de origin. latin. lingv. verb. capis.* Circa vocabulum Bellum variant Lexicographi, *J. C. Scaliger lib. 3. Poët. c. 90.* bellum dicit, quasi *minimè bellum*. alij aliunde derivant, nobis *Grotij* opinio arridet, esse sc. hanc vocem ex veteri *duellum*, ut *duonus* quod fuerat, factum est bonus. Quam proponit in opere suo *de I. B. ac P. 1. 1. n. 2. conf. Becman. de origin. lingv. latin. voce Bellum.*

§. 3. Quod attinet rem ipsam, *captivus* nobis, ut cæteras hujus vocis significationes separemus, est *persona hostilis, ab hoste, in bello seu occasione belli, capta.* Gallis dicta, *Prisonnier de guerre.* Germanis *ein Kriegs-gefangener.* Medij ævi Jctis dicebatur *Prisonerius.* *Gvido Papæ decis. Gratianop. 113. n. 1. & 2.* Qui enim extra bellum capiuntur huc plane non spectant, quod ut eo clarius pateat, notandum, Bellum nobis cum *Grotio I. 1. n. 2.* esse, *statum per vim certantium, quæ tales sunt.* quæ ultima verba, cum in respectu & in ordine ad alios homines intelligi debeant, innuunt tertij, cum quibus nobis bellum nullum est, milites aut subditos à nobis, licet cum alio in statu belli simus, non posse capi. Addidi autem, *occasione belli,* ad elidendam nimis strictam belli acceptio- nem, ac si nempe ij tantum pro captivis habendi, qui in prælio aut armis resistendo, capiuntur, eò ipso enim quo bellum à summa potestate alteri indicitur, omnibus ejus subditis simul indictum censetur, ita ut ad unum omnes in statu belli ponantur, licet quo- ad effectus differentia facienda inter certas personas, de quo infr. quod formulæ in indictione belli usitatæ satis ostendunt, *conf. Grot. III. 111. n. 7. & 8. Brisson. de form. b.*



*de formul. lib. IV. p. 341. de More hodierno. Diar. Europ. Part. 24. append. p. 283. in indictione belli Regis Angliæ contra foederatos Belgas, ibi: Wiedert die General Staaden der vereinigten Niederlande und alle ihre Unterthanen und Inwohner* it. in clasico Christianissimi Regis in eosdem foederatos uniti Belgij Ordines. *l. c. & alibi passim.*

§. 4. Mos autem capiendi non nudius tertius ortus est, sed primis temporibus originem suam debet, quin ad tempora Nimrodi ascendere me posse, affirmare non erubesco, ex Genes. siquidem *cap. X. v. 9. & 10. It. Jerem. cap. 16. v. 16.* satis apparet, eum homines cepisse & suæ subjecisse potestati, id quod confirmant Comment. *in dd. ll. quæ consuetudo de in ortis bellis in dies crevit, ut videre est ex pluribus S. S. locis conf. Genes. 14. v. 12. & 16. Num. 21. v. 1.* non solum, sed & historia profana, ubi imprimis Romana, exactissima omnium, laudanda. Et certè non absquè ratione hoc inter gentes fuit introductum, cum enim inter nos cognationem quandam natura constituerit. *l. 3. ff. de J. et J. & naturali inclinationi videatur contrariari, hostes devictos & inermes trucidare, dimittere tamen ob rationes politicas non conducatur, inventum hoc est remedium quo capti servorum loco servarentur, §. 3. Just. de jure pers. ut ex inde commodum victores perciperent, dum capti servi eorum facti omnia ipsis acquirebant, §. 1. Just. de his qui sui vel. al. jur. hinc Grot. III. VII. n. 5. ait, hæc omnia jure gentium introducta esse, ut tot commodis deliniti captores libenter abstinerent à summo illo rigore, quo captos & statim & post moram interficere poterant, modo persuadendi desumpto,*  
ab eo



ab eo quod utilius, cui mutuus addi potest metus,  
& jus retorsionis. *conf. Feltman. Resp. milit. IX. n. 28.*

§. 5. Effectus hujus captivitatis jure Gentium veteri erat ut capti servi fierent, ( naturâ n. seu citra factum hominis servi nulli sunt *Grot. III. VII. n. 1.* )  
*l. 4. ff. de J. & J. l. 4. §. 1. & 2. 3. l. 5. §. 1. ff. de statu. hom. §. 2. Inst. de J. N. G. & C. §. 2. 3. Inst. de jure pers. l. 239. §. 1. de V. S.* non solum ij qui se dedunt aut servitutem promittunt, sed omnes bello solenni publico capti, imò & posteri eorum nati post captivitatem, *l. 5. §. 1. ff. de statu hom.* adeo ut Dominis jus vitæ & necis in servos competeret, nihil non in ipsos liceret, *vid. §. 1. Inst. de his qui sui* quod confirmat *Cajus in l. 1. ff. eod.* inquit: *apud omnes peræque gentes animadvertere possumus Dominis in servos vitæ necisque potestatem fuisse.* Quanquam apud multos populos summum illud vitæ necisque jus in servos usurpatum non fuisse testetur *Bodin, lib. 1. de Rep. c. 5. Grot. III. 14. n. 3.* tandem jure Romano etiam restringi cepit *v. §. 2. Inst. de his qui sui.* interim tn. reliqui juris gentium effectus permanebant, ut acquisitione per servum, & omnium ejus bonorum corporalium ac in corporalium, solis juribus personalibus exceptis. *Grot. III. VII. n. 4,* quæ scilicet ex singulari personæ qualitate fluunt ac proinde inalienabilia sunt. Jure vero Gentium novo seu Christiano res longè aliter se habet, hodie enim capti in bello publico servi amplius non fiunt, neque acquisitionem personæ omnia bona sequuntur. *Grot. III. XXI. n. 28.* Sed custodiuntur & quasi pignoris nexu detinentur donec liberentur. *Philipp. in usu pr. 1. Eccl. 37. n. 2. ibique alleg,* ubi de consuetudine generali testatur.

B

Stamm.

Diar.  
Re-  
eder  
unde  
mer  
ede-  
tius  
de-  
osse,  
p. X.  
um  
uod  
de-  
bus  
v. 1.  
mis  
cer-  
du-  
lam  
cli-  
ner-  
icas  
quo  
iure  
nt,  
nt,  
l. n.  
ut  
nt à  
am  
to,  
co



*Stamm de servit. pers. lib. 1. cap. 2. n. 4. & c. 3. n. 4.* qui viginti & amplius variarum gentium allatis scriptoribus idem probat Quibus autem modis liberatio fiat infra dicemus cap. 4. seq. nisi quod servitus adhuc inter Christianos & Turcas aliosque barbaros non solum obtineat, sed & durissima sit, ut ad hos qui ita capti sunt, omnia ea quæ de servis olim constituta sunt, pertineant, *Alb. Gentil. de jure B. ac P. III. cap. IX. vid. R. J. de An. 1526. 1527. R. J. Zu Spener d. Anno. 1542. §. So aber 2. in med. & §. und wiewohl nun II. ibi uñ in Tyränische Viehische dienstbarkeitē fūhrē lassen müssen. R. A. Zu Augsp. d. A. 1566. §. wiewohl sich 63.* Hinc fit ut illius bonis qui à Turcis, & infidelibus captus est, secundum jura vetera, interim donec apud eos naturaliter vivunt Curator detur, plura habet *Stamm. lib. 1. tit. 2. n. 2. seq. & ex eo Philip. 1. Eccl. 32. dissent: Covarruv. in c. peccatum 6. de R. J. in 6to. part 2. Relect. 2. n. 6. eumque secutus Alvar. Valasc. tom. 1. consult. 30. n. 8. & 9. quoniam ex mente eorum nunquam justum bellum ex parte infidelium sed semper latrocinium. v. Ludvv. de ult. vol. cap. 2. part. 1. pag. 34.*

§. 6. Quo tempore servitus desierit, adeo exactè de finiri nequit, 500. ann. post Chr. nat. adhuc in usu non solum sed & duram admodum fuisse testis est *Christophor. Lehmann. Chron. Spirens. tit. 2. c. 20. & Aemil. lit. 2. sub Carolo Magno.* Und ungefehr vom Jahr 500. nach des H. Ern Christi Geburt / hat sich die schwere und unchristliche Dienstbarkeit / von einer Zeit zur andern je länger je weiter aufgebreitet. Ante trecentos annos desijste in Belgio, docet *Christin. vol. 4. decis. Belg. 80. n. 2. Bodin. de Rep. lib. 1. cap. 3. Textor. synopsis. jur Gent. c. XVIII. n. 41.* Hoc veris  
simum



simum est, incremente religione christianâ, servitutum duriores paulatim exulare, & in mitiorem sententiam homines ire cepisse, quæ & ratio, si non omnimoda, potissima tamen, mihi videtur fuisse abrogatæ servitutis, quanquam mutuum metum utpote causam suasoriam penitus excludere non audeam; cæteræ rationes ut *Grot. III. VII. n. 9. cum quo facit Husan. de propriis homin. cap. 1. n. 34. seq. & Leonini lib. 2. Emend. & opin. cap. 7. n. 10.* nihil faciunt, quis enim adeo in S. S. hospes cui non constet ex *1. Cornith. 7. vers. 20. 1. Petr. 2. v. 18. 1. Timoth. 6. vers. 1.* servitutum cum Religione Christiana non pugnare, & quis adeo ineptus ut statuatur bella inter Christianos non nisi civiles dissensiones esse. An vero è re Reipublicæ sit servitutis sublatio nec ne, inter se disceptant authores; cujus decisio cum hujus loci non sit, remitto lectorem ad *Pufend. lib. VI. cap. III. §. 10. de J. N. & Gent. Bodin. de Rep. lib. 1. cap. 5. Hobbes. de cive cap. IX. §. 9. Husan. de propr. homin. Joh. Euchar. Erhard. de oper. Rust. conclus. V. lit. a.* Introducere eam propriâ sed intempestivâ autoritate voluit Paulus III. Pontifex Romanus, prout videre est ex Bulla excommunicationis contra Henricum VIII. Angliæ Regem ubi inter alia hæc: *Contra lui & i suoi fideli de perseguitargli, concedendo in predo li statti, e le robbe, e in servitu le persone di tutti loro: gegen ihm (den gedachten König) und die ihm Treu seyn würden/um dieselben zuverfolgen / denen dafür zum Raub gebende / gedachter Herrschafften und Güter / und ihrer aller Persohnen zu Slaven.* vid. *Pietro Soave Polano, nella historia del concil di Trento, lib. 1. in fin. del Anno 1538.*



## C A P. II.

D E

## OBIECTO SEU PERSONIS CAPTIVITATIS BELLICÆ, EJUSQUE MODIS.

- |  |  |
|--|--|
| §. 1. Qui capere possint.                    | §. 4. Limitationes Exceptionum ponuntur. |
| 2. Qui capi possint, ubi exceptio ob ætatem. | 5. Modi captivos faciendi.               |
| 3. Exceptio ob sexum, & privilegium.         | 6. De deditioe in specie.                |

§. 1. **V**idimus hætenus generaliora quædam ad nostram materiam spectantia nunc progrediendum nobis erit ad objectum seu personas captivitatis bellicæ, ubi primo occurrit quæstio, *quisnam capere possit*, & generaliter respondeamus non solum milites lectos & auctoratos, sed omnes omninò subditos ejus, cui ab altero bellum indictum est, posse capere, si enim omnes in statu belli ponuntur, ad omnes etiam belli effectus pertinebunt, *conf. quæ supra cap. 1. §. 3. dicta*, cum in hostem quilibet miles sit, excipiuntur tamen hic infantes, pueri arma nondum tractare scientes, morbo fontico laborantes, captivi, verbo naturâ & vi prohibiti. Miles contra prohibitionem Ducis excurrens capit quidem & captum suum facit, *arg. §. 12. Inst. de R. D.* cum prohibitio conditionem capti non mutet, interim tamen à Duce ob neglectum mandatum puniri potest, *Suß. Knecht Best. art. XXI.* Es soll auch keiner auß dem Lager auff Beute ziehen / ohne Wissen und Willen seines Hauptmanns / bey Leibes straffe. adde *Holländis. KriegsR. art. XXII.*

§. 2. Capi



§. 2. Capi autem de summo juris gentium rigore  
 possunt omnes, ita ut nemo excipiat, quod patet ex  
 ijs quæ de indictione belli dicta sunt, nam si infan-  
 tes & foeminae interfici possunt Grot. III. IV. 2.  
 9. multo magis etiam capi, Ex temperamento ta-  
 men æquitatis resultant considerationes aliæ & mo-  
 ratiore gentes receperunt, ut quidam excipiantur.  
 I. *ob ætatem* ut sunt: (1.) infantes seu pueri 12. ann. mi-  
 nores, inermes enim & imbecilles sunt neminique  
 damnū inferre possunt, hinc in *ordinatione* Equestri  
*art. 70. Kayf. Ferdinandi III. articuls Brief art. LX, ibi*  
*auch keine unmündige Kinder / Kayser Maximil. ar-*  
*ticuls Brief art. 14. Fürstl. Württenb. articuls Br.*  
*art. XI. non solum prohibetur eorum læsio sed &*  
*injungitur defensio, sondern derselben sich enthalten /*  
*schonen / auch schützen und schirmen bey Leibes straff.*  
*jung jus milit. Danicum art. 40. quibus accedunt con-*  
 ventiones particulares ubi semper fuere excepti, sic  
 Bello Hispano-Belgico inter Archiducem austriæ &  
 Fœderatos Belgas conventum ne caperentur, verba  
 conventionis huc facientia sunt: Weil man auß  
 der Erfahrung hat befunden / daß viele Soldaten / an-  
 statt / daß sie ihren Feind solten suchen / sich unter-  
 standen den Krieg / gegen das schwache Geschlecht  
 zu wenden / nemlich wieder Weibsbilder und kleine  
 Kinder 2c. Als haben sie sich verglichen daß hinführo  
 keine Kinder männlichen Geschlechts von 12. Jahren  
 und drunter sollen mögen gefangen / oder auf löß-  
 geld und unkosten gestellet werden / da sie gleich von  
 jemand wären gefangen. ratio additur: weil es eine  
 sache ist so sehr strebet wieder alle gute Kriegs Orde-  
 nungen. add. *Conventio Ducis Luxemburgici cum*  
*ejusdem Belgij uniti Fœderatis ordinibus Anno 1673.*



facta art. XI. Knaben unter 12. Jahren sollen keine  
 Rantion geben. digni enim quibus semper parca-  
 tur pueri, quosque ætas excuset, *Senec. lib. 3. cap. 24.*  
*de ira.* nec armis utendum adversus eam ætatem  
 cui etiam captis urbibus parcitur. Grot. III. XI. n. 9.  
 (2.) senes & decrepiti quorum vires defecerunt,  
 æque enim infirma horum ac puerorum est ætas &  
 jus sæpe par. *vid. l. 122. ff. de legat. 1.* quò & colli-  
 mant leges nostræ militares Reutt B. art. 70. Ferdi-  
 nandi III. articuls Br. art. 60. verlebte alte Leuthe.  
 Fürstl. Württenb. articuls Br. art. XI. jus mil. Dan.  
 art. 40. huc spectat Papini de senibus pronunciatum  
 apud Grot. III. XI. n. 9.

*Nullis violabilis armis*

*Turba senes.*

§. 3. *Ratione sexus.* II. excipiuntur foeminae, foe-  
 mina enim hostis nomen non capit, sexus hic rudis  
 insciusque ferri, unde non incongrue Alexander ap.  
 Curtium: *cum captivis & foeminis bellum gerere non*  
*soleo: armatus sit oportet quem oderim*, citante  
 Grot. III. XI. n. 9. id quod non solum observavit Au-  
 gustissimus LL. militarium Author Maximil. III. in  
 Reutt B. art. 70. *ibi oder Weibsbilder* / Ferdin. III.  
 articuls Br. art. 60. *Fusst. Best. art. 14.* sed & alij po-  
 puli tum LL. suis castrensibus v. *jus mil.* Dan. art. 40.  
 jt. Fürstl. Württenb. articuls Br. art. XI. tum in  
 conventionibus desuper initis, v. *Feltm. Resp. milit.*  
 IX. n. 76. *ibi daß hinführo keine Weiber von was Alter*  
*qualität oder condition dieselben mögen seyn/ sollen*  
*mögen gefangen werden.* junge Cartel inter Colo-  
 nienses monasteriensesque & Belgas Foederatos An.  
 1672, n. 4. *Wie auch in gleichen alle Frauenspersohn-*  
*nen. Simile*



feind  
parca  
p. 24.  
atem  
n. 9.  
runt,  
tas &  
colli-  
Ferdi-  
eithe.  
Dan.  
atum  
  
e, fœ-  
rudis  
er ap.  
e nen  
tante  
it Au-  
III. in  
n. III.  
lij po-  
rt. 40.  
m in  
milit.  
Alter  
sollen  
Colo-  
os An.  
ersoh-  
imile

nen. Simile quid convenit inter Ducem Luxenbur-  
gicum & eosdem Belgij uniti Fœderatos ordines die  
26. Maj Anno 1673. n. 11. ap. Feltmann. n. 80. & 82.  
quod præprimis procedit in puerperis dd. 11. An  
mulieres in castris ferendæ v. *R. B. art. 43. Jusfn.*  
*B. art. 68.* ubi distinguitur inter meretrices seu suspe-  
ctas mulieres, & non suspectas seu honestas & legiti-  
mas Uxores. Illæ ferendæ nullatenus sunt in bene  
constitutis castris, & videtur ratio legis desumpta ex  
antiquis Germanorum Legibus, sic in Friderici I.  
Imp. LL. castrenibus apud Radevicum *lib. i. cap. 26.*  
fancitur: *Nemo aliquam mulierem habeat in hospitio  
qui vero habere præsumserit, auferetur omne suum Har-  
nasch, & mulieri nasus abscindetur. conf. Rudolphi  
II. LL. Castr. ap. Thuan. lib. 114. p. 608. concord. LL.  
Milit. Belg. art. IV ibique Petr. Papp. in not.* Turcæ  
omnes suas rationes ad militiam referentes fœmi-  
nas studiose castris arcent. Quid de Hermaphrodi-  
tis? sub distinctione utrum magis in fœminino an  
masculino incalescat sexu rem expediri posse puto.  
*l. 10. ff. de statu hom. Ratione officij seu privilegij III.*  
excipiuntur Personæ Ecclesiasticæ ut Pastores,  
Monachi, nam ut hi ab armis abstinerent mos ab  
antiquo fuit gentium omnium, atque ideo vicissim  
vi in illos temperabatur Grot. III. XI. n. 10. Alb. Gent.  
*lib. 2. c. 22. p. 427.* (contrarius tamen hodie obtinet  
mos apud quosdam. *vid. Coll. Grot. Magnif. Dn.  
Kulpis ad lib. III. cap. XI. n. 6. lit o.*) regulariter ipsis  
vetitum esse militare docet *c. 4. s. & 6. qv. 8. XXIII.*  
*conf. Burger. cent. 1. observ. mil. XIX.* eximunt eas  
*Reuter B. art. 70 ibi Priester / Prediger / Jusfn.*  
*Best. art. 14. Fürstl. Württenb. articuls Br. art. XI.*  
Priester





1066

Priester Kirchendiener / jus mil Dan. art. 40. Priester  
oder andere Geistliche præjudicia novissimi belli  
Gallo-Belgici & superioris Hispano-Belgici habentur  
ap. Feltm. Resp, mil. IX. n. 71. quanquam nuper die  
14. Sept. 1672. pactis inter Colonienfes monasterien-  
fesque factis, jussi sint redimi pretio signiferis consti-  
tuto tunc temporis 20. imperial. Feltm. d. l. n. 8. p. 172. c.  
f. oder Feldprediger einen Cornette gleich. de Sacerdo-  
tibus militaribus von Feldpredigern vid. Coll. Grot.  
d. l. Studiosi, merito enim his qui studijs literarum  
honestis & humano generi utilibus, operam na-  
vant parcendum est. Grot. III. XI. n. 10. conf. elegan-  
tem textum vth. Habita C. ne filius pro patre. ibi:  
quis enim eorum non miseratur. Hinc privilegia ipsis  
concessa in Academia Parisiensi & Aurelianensi v.  
Feltm. d. l. n. 68. Tenor ejus hic est? *Enfin que  
par tout le royaume de France, il ne peut ny doit estre pris  
prisonnier, ny mis à aucune rançon au sujet de quelque  
guerre que ce soit civile ou étrangere, quand même il  
seroit sujet du Prince ou Scugneur ennemy,* præjudicium  
habet Jean Baquet p. 1. du droit d aubeine. cap. 13. n. 3.  
contrarium tn. ab ipsis gallis admissum exemplum  
recenset Feltman. d. l. n. 74. unde non adeo  
displicet ejusdem opinio, de super speciale Privi-  
legium seu conventionem inter partes desiderantis,  
IV. *Ratione utilitatis publicæ*, excipiuntur quan-  
doque Mercatores, agricolæ, opifices & artifices,  
quorum questus pacem amat non bellum, hi  
enim si ferrum tractant non faciunt ut noceant, sed  
ut profint. conf. c. ult. X. de Treuga & pace. Sic. V.  
*ob securitatem publicam* jure gentium tributam im-  
munes sunt Legati, feciales, caduceatores, Tymi-  
panistæ,



panistæ, Tubicines, Tympanotrybæ qui ad redimendos captivos mittuntur, aliâs enim & in conflictu capi omnino possunt, vide pacta inter Colonienf. Monasterienfesque & Fœder. Belg. ap. Feltn. n. 80. ubi Tambour. 3. Trompeter Paucker 5. rdsr. solvere jussus, sic eximuntur nonnunquam satellites, Leib-Gwarden / Diener en livreè. v. Feltn. d. l. sed hæc omnia ex speciali dependent conventionione.

§. 4. Retro mihi nunc legenda vestigia & eripienda pene omnia quæ hætenus largitus videri possum nec tamen largitus sum, ut in simili loquitur Grot. III. X. n. 1. quæ n. dicta sunt procedunt saltem ( 1. ) nisi hostes antea simile quid in nostros admiserint, *conf. Zuchæum jur. fec. part. 2. qv. 28.* ( 2. ) nisi aliter inter partes fuerit conventum, conventio siquidem legem dat huic negotio. ( 3. ) nisi personæ hæ nobis consilio vel ope noceant unde. ( 4. ) non procedit in pueris si pubertati proximi, & malitia suppleat ætatem vel quomodolibet profint contra hostes, suis. Alb. Gent. lib. 2. c. 21. p. 426. ( 5. ) in senibus si consilio polleant eòque nobis noceant, aut armis contentur, vel alio modo injuriæ sint scæpe enim consilio pollet cui vim natura negavit & plus quandoque valet umbra senis quam ensis juvenis, Alb. Gent. d. l. Hinc in legibus castrensibus semper additur **die auf keiner Wehr gefunden** dd. // ( 6. ) si fœminæ virum induant, h. e. contra communem sexum agant virorum munia, cujus rei exempla recenset. Alb. Gent. p. 412. item si ad fornicationem nostros seduxerint aut lue aliqua contagiosa venerea Exercitum inficiant. ( 7. ) non procedit si personæ Ecclesiasticæ arma tractent, quod contigisse testatur non solum Burger. I.

C

obs. mil.





*obs. mil. 19.* Inmassen bey bisherigen Kriegen sich  
 offtermals zugetragen daß die Geistliche bey denen  
 Belagerungen zugleich gegenwehr thun helffen / 2c.  
 sed & quotidiana experientia, quis n. nescit nuperâ  
 obsidione viennensi Clericos non tantum precibus  
 sed & armis dimicasse: quibus casibus autem Clericis  
 fas sit bellare docet Burger *d. l.* (8.) idem obtinebit  
 in studiosis, quos & recte capi posse puto si specta-  
 tum in castra veniunt; cum rei se immisceant ad se  
 non pertinenti. (9.) Si Mercatores & cæteri, hostes  
 mediatè vel immediate adjuvent, vendendo vel ad-  
 vehendo. (10.) Si absque salvo conductu hinc inde  
 cursitent à nobis ad hostes & contra, facilè enim eò  
 hosti aliquid detegitur, unde in pactis quoque pro-  
 spici solet. *v. Feltn. n. 76. ibi.* Welches doch also zu  
 verstehen / daß keine Weiber oder Kinder / mögen  
 gehen oder kommen von der einen Seiten zur andern /  
 ohne daß sie mit genugsamen Passport versehen.  
 Hinc quæsitū fuit Anno 1678. inter Svecos & Danos.  
 an illorum milites qui salvum conductum habe-  
 bant ab his capi potuerint ! species facti hæc erat.  
 Rex Daniæ, in gratiam Electoris Brandenburgici, qui  
 capto Stralsundio, istud procurandum susceperat,  
 Militi Svecico dato diplomate adeoque publicâ tes-  
 serâ ac fide securam liberamque potestatem com-  
 mendi concesserat ; Factum autem est, ut naves ferè  
 omnes ad Bornholmiam insulam naufragium face-  
 rent, ita, ut mille ducenti circiter perirent cæteri vero  
 quotquot eorum evasêre, & in manus incolarum  
 Bornholmensium inciderunt, retenti ac prò captivis  
 habiti fuerint. Res multis argumentis hinc inde di-  
 sputabatur, Svecis militem suū sibi restitui postulan-  
 tibus,



tibus, cum pro captivis ob concessum salvum con-  
 ductum haberi nequeant; Danis è contra eos recte  
 captos asserentibus, cum non petitâ veniâ in terram  
 hostilem ingressi sint, commeandi facultate solum  
 in Mari concessâ, justus metus adfuerit ob multitu-  
 dinem eorum, denique quia vitam ipsis servassent:  
 prolixè omnia tractantur in Diar. Europ. part. XL.  
 append. à pag. 65. usque 128. & 154. usque 171. quò Lectorè.  
 remitto, cum instituti ratio non patiatur plura addu-  
 cere. (II.) Si Legati exploratores agant, aut fidē fallant.  
 Hinc Dux interposita fide ad colloquium invitatus  
 si durante eo nova & diversa his quæ voce prætulera-  
 hostilia consilia comperiantur, rectè capi potest;  
 illico enim in statum hostilem se reponit, & fidem  
 frangenti fides servanda non est. Adde Grot.  
 II. 18. n. 4.

§. 5. Modi nunc captivos faciendi occurrunt,  
 qui ad duo summa genera referri posse videntur, aut  
 n. vi capiuntur, aut dedunt se hostes; prius quod  
 spectat, fit illud vel in prælijs, vel excursionibus, vel  
 expugnationibus urbium, quando hostis armis se  
 defendens ab altero eò adigitur ut victoris potesta-  
 tem evadere nequeat, unde Romanis ejusmodi cap-  
 tivi dicuntur *Mancipia*, ab eo, quod ab hostibus ma-  
 nu capiantur. §. 3. *Inst. de jure pers.* & semper fieri  
 solet in singulos, hicque modus genuinus est, viris-  
 que fortibus quam maximè conveniens, hinc inter  
 Ducis laudes refertur, si propriâ manu aliquos cepe-  
 rint, *wann sie mit eygner Hand gefangene gemacht.*  
 Sic Henricus IV. Galliæ Rex, à descriptore vitæ ejus,  
 hoc nomine laudatur his verbis: *il enfonça les pre-  
 miers rangs des Ennemis, fit des prisonniers de sa main,*

Et en





1070

Et en vint jusqu'à colleter un nommé Chasteau-Regnard  
Cornette d'une compagnie des Gens-darmes, luy disant,  
Renstoy Philistin.

§. 6. Deditio tanquam alter modus, etsi &  
hic non fit absque vi, magis tamen est ut ad volun-  
tarium ratione ejus qui capitur referatur, cum enim  
intelligat & consentiat eligendo potius captivitatem,  
quam mortem, voluntarie omnino agit, tum ratione  
finis, tum ratione principij interni; non obstante  
quod ratione principij extranei urgentis & objecti in  
se considerati, quod voluntas alias sibi relicta extra  
istas circumstantias non appeteret, involuntaria dici  
possit. Dedunt autem se vel singulae personae vel totae  
etiam cohortes, ut in conflictu arma projiciendo, in  
obsidione munimenti, idque vel additis conditio-  
nibus, vel pure, quae ultima hodie dici solet, *sich auf  
Gnad und Ungnad; auf discretion ergeben* / quo  
casu victus nihil non patiendum habet, si jus genti-  
um & belli externum respicimus, ita ut nihil non ei  
eripi possit, etiam vita: Victoris tamen est, ne quem  
occidat, nisi suo facinore meritum, ad clementiam  
siquidem propendere semper honestum, Grot. III.  
XX. n. 49. plura addere supersedeo, cum Magni  
OBRECHTI dissertatio, *Hostis Dedititius* Com-  
mentarij vicem sustineat, quo me refero.

C A P. III.

D E

MODIS LIBERANDI.

- §. 1. Quibus captivi acquirantur.
- 2. De summa honorarij.
- 3. Quomodo habendi.
- §. 4. De modis liberationis, ubi de fuga.
- 5. De Permutatione.
- 6. De dimissione sub promissione.

§. 1. **P**erspectis modis quibus captivi fiunt, conse-  
quens est, ut quoque examinemus, quo-  
modo



modo liberentur, ordo tñ, requirit ut prius videamus, quibus acquirantur, & quomodo habendi sint in captivitate. Acquiruntur autem de jure Gent. singulis capientibus, extra personas eximie dignitatis, in has enim Reipublicæ, aut ejus capiti jus dant, plerarumquè gentium mores. Grot, III. VII. n. 9. Quò & Leges nostræ castrenses tendunt, distinguendo inter Duces superiores & cæteros milites; illos summæ Potestati bellum gerenti adscribentes. Hos verò captoribus relinquentes. Sic enim R. B. art. 94. Wann sich auch begeben / daß mit Hülff des Allmächtigen der Feinde Feld-Oberster oder Feld-Hauptleuthe / durch die Reutter gefangen würden sollen dieselben Personen zu uns oder zu unsern Obristen oder des jenigen Händen / der des Befehl haben würde / gegen statlicher und billicher verehrung gestellet werden. jt. art. seq. 95. Wo aber außer dergleichen Feld-Obristen und 2c. andere Persohnen gefangen würden / da mag ein jeder / der dieselbigen niederwirfft / und bekommet / schäßen / und Kriegsgebrauch nach / darmit Handeln : add. Maxim. II. Ar. Br. 62. art. Ferdin. III. Ar. Br. art. 67. jus. mil. Danicū, art. 124. Svecicum. art. 88. Brand. art. 70. Holland. art. 66. Idem observari in Anglia, Hispania, & Gallia, docet Boër. dec. 177. Conceduntur itaque inferiores singulis personis, qui eos ceperunt, quod tamen non ita accipiendum, ac si eos pro lubitu clam servare, vel dimittere possent (tenentur enim omnes duci indicari, R. B. art. 95. & ll. alleg. multum siquidem interest ex eis de statu exercitūs hostilis cognoscere) sed ut lytrum, quod solvere captivi tenentur, sibi habeant, variant verò & hïc leges militares, apud Svecos debent capti Regi aut Belli Duci



intra 36. horas. (*conf.* jus mil. Brand. *art.* 69.) offerri, qui si captos suis vult retinere servitijs, honorarium capienti solvit. jus mil. Svec. *art.* 88. Apud Hollandos hæc exhibitio fieri debet adhuc ante vesperam imò quam primum poterit. jus mil. Holl. *art.* 60. & 61. ibi. **Soll alsobald und noch vor dem Abend.** Cum quo concord. Dan. *art.* 124. In ord. Equestri nullum definitur tempus, mox tamen fieri debere, & receptum est & rationi conveniens. Ayala, *lib.* 1. *de jure & offic. bellic. cap.* 5. *n.* 28. *seqq.* **Articuls Brief der Reichs Völcker / wie selbiger den 6. Nov. 1672. auf dem Reichs Tag zu Regenspurg verglichen worden** *art.* 24. ibi. **Alle vom Feind gefangene / sollen der Generalität zu fernerer verordnung in dero General Stockhaus gelieffert werden. 2c.**

§. 2. Dictum est, quod, si captivus ex superioribus Ducibus, tunc captori honorarium soleat dari, cujus summa in R. B. & F. B. equidem non exprimitur, ad qualitatem tn. & conditionem captivi proportionatum esse debere, innuunt verba: **Gegen statlicher und billicher Verehrung.** Quod magis confirmat jus mil. Svec. *d. l.* nach derselben Stand und Condition, eine gebührliche recompens. Jus mil. Dan. *art.* 124. Brand. *art.* 70. Jus Hollandicum *art.* 60. restringit, ut summam 5000. fl. excedere non debeat, quod & in Gallia olim obtinuit, teste Estienne Pasquier *lib.* 4. *de Recherches de la France cap.* 10. adde Petr. Papp. *ad art.* 60. jur. mil. Belg. *ibique.* alleg. In direptione urbis, si quis domum ingressus hostem ibi latentem invenerit, sibi acquirit, licet alter jam domum invaserat, dummodo ei, qui primus invasit, non assignata fuerit tanquam Hospitium suum, & certa



certa pars prædæ, quæ enim neque corpore neque oculis comprehenduntur, animo acquiri nequeunt, & qui fundum possidet, Thesaurum quem in fundo positum nescit, nequaquam possidet. *l. 8. D. de A. vel A. P. Zouchæus de jur. fec. p. 2. qv. 16 sect. 8. Alb. Gent. 2. cap. 16. Grot. III. XXI. n. 28.* Captivus in castris aut locis præsidio munitis absque consensu Ducis vel præfecti obambulans acquiritur primo occupanti, & alter, cujus antea fuerat, jus suum amittit, nisi jam traditus fuerit præfecto rerum capitalium, hoc n. casu hic punitur alterique tenetur. **Articulus** **Br. der Reichs-Bölck.** *art. 74.* ibi: Da auch ein gefangner gefunden würde / der durch das Lager oder den Ort / da die Besatzung ist / ohne daß Generalen oder Befehlhabers erlaubnuß spaziren gehet / soll der / welchem Er Zuständig gewesen / ihne verliehren / und der gefangene dem zu theil werden / der ihn am ersten wieder angegriffen hat. *jung. jus mil. Dan. art. 124. c. f. Belgic. art. 62.*

§. 3. Supra diximus, victori de summo juris gent. rigore quævis in captivos licere, nam: *lex nulla capto parcit, aut pœnam impedit.* æquitatem tamen suadere ut leniter cum iisdem agatur, siquidem: *quod non vetat lex, hoc vetat fieri pudor.* Unde non solum hinc inde legibus militaribus præscribitur, ne occidantur **Ar. Br. der Reichs-Bölck. d. art. jus M. Dan. art. 124.** Sed & conveniri plerumque solet inter partes, quomodo captivi habendi, tum in ipso actu captivitatis, tum postea, accuratâ semper servatâ personarum earumq; qualitatum differentia, sic si Princeps vel alius ex superiorum Ducum numero aut nobilis capitur, gladius ipsi auferendus non est *v. Hojer. ad art.*

ferri,  
rium  
llan-  
eram  
60. &  
endit.  
que-  
ti de-  
yala.  
iculis  
Nov.  
ergli-  
efanz-  
nung  
supe-  
oleat  
non  
capti-  
: Ges  
l ma-  
stand  
Jus  
icum  
e non  
Esti-  
ap. 10.  
alleg.  
ostem  
r jam  
vasit,  
m, &  
certa





*art. 70. jur. M. Br. p. 437.* ( Quamvis aliâs cauti militis sit ante omnia armis victum privare, aut ad minimum sibi ita prospicere, ne nimis serò experiatur hosti devicto non esse fidendum. ) neque in custodia vel carcere talis detinendus, sed locus spaciosus & Palatium concedi debet. *Burger. cent. 3. obs. mil. 19.* Quod præprimis procedit, si fidem suam de non fugiendo interposuerit. Circa vestes tenendum, eas hodie captivis relinqui etiam inferioribus, prout convenisse videmus nuper inter Colonienfes Monaſterienſesque & Fœderatos uniti Belgij ordines, d. 27. Septembr. 1672. *Den gefangenen ſoll das unterkleid/ Hut/ Strümpf und Schuh gelassen werden / Feltm. n. 80.* adde pacta inter Gallos & Belgas *ap. eund. n. 82. §. 4.* Equi tamen, si victi generosior est, plerumque solent permutari, In ipsa captivitate duriter non sunt habendi, sed pro qualitate officij, tum ratione victus, tum custodiae tractandi, quo de itidem inter se subinde partes paciscuntur, & cujus impensæ una cum lytro solvi à captivo debent. *v. Feltm. n. 76. p. 159. n. 78. verzeichnuß der Speiß-Kosten. n. 80. §. 6.* die gefangene Officiers sollen ehrlich nach proportion ihrer charge, tractamenten und gage; die Soldaten aber nach ihrem täglichen tractament unterhalten / und die Unkosten zugleich neben dem Rantzion bezahlt werden. Quod si curam captivorum agentes modum præscriptum excedant, captivi summam excedentem solvere non tenentur, ns. sint ex officialibus & id petierint, *Feltm, n. 78. n. 82. §. 15.*

§. 4. Ad modos liberandi progredimur : quorum alij sunt ex conventionem utriusque partis,

alij



alij sine ea, ad hos pertinet, fuga & recuperatio armata manu, inter illos verò referri debet permutatio die *Auswechslung* & Redemptio per lytrum, die *Rantzionierung der gefangenen* / hi enim modi usitatissimi sunt. Grot. III. c. XIV. n. 9. de singulis breviter, & quidem primo, quod spectat fugam, quaesitum fuit: an in bello justo captus fugere rectè possit? de jure civili si nobis sermo, nullum superest dubium, *obl. 26. ff. de captiv. ibi: nihil interest, quomodo captivus reversus est, utrum dimissus, an vi, vel fallaciâ potestatem hostium evaserit*: de jure Gent. Grot. III. VII. n. 6. & III. 14. n. 7. negat, cum quo contra Feldenum facit Grasvinckel, v. Bœckl. *Diss. mil. capt. p. m. 157.* Hodie puto distinguendum esse, an victor pactus fuerit cum victo de non discedendo, an vero non, si illud, Grotij sententia vera est, hoc vero casu fugere posse puto, cum videatur victor jus suum pro derelicto habuisse non custodiendo aut fidē sibi non stipulando. *conf. Bœckl. d. l. p. 159* interponitur vero fides vel mediante juramento, vel nuda promissione auf *Cavalliers parole*. quæ promissio, etsi vim juramenti non habeat, unde eam violans non perjurus sed perfidus dicitur, *Lauterb. tr. Synopt. de jurejur. §. 1. n. 26.* servanda tamen est, *arg. l. 1. pr. jt. l. 5. ff. de pact.* Ayala *lib. 1. c. 5. n. 26. & cap. 6. p. t.* Recuperatio armata manu fit, quando captivi antequam vel in castra hostium perducuntur, vel excursionibus vel expugnatione urbis quâ detinentur, armis & virtute bellica liberantur, ubi statim omnes jure postliminij libertati pristinae restituantur. *l. 12. C. de postlim. revers.* Hojer. *ad art. 71, jur mil. Brand. p. 439.* etiamsi promiserint se non

mili-  
mini-  
iatur  
usto-  
iosus  
mil.  
non  
lum,  
orout  
ona,  
d.27.  
leid/  
eltem.  
s ap.  
osior  
ptivi-  
e of-  
ndi,  
ntur,  
ode-  
us der  
iciers  
racta-  
hrem  
osten  
Quod  
ptum  
olvere  
ierint,  
nur :  
artis,  
alij





1076

se non velle fugere aut, Lytrum stipulati fuerint.

§. 5. Permutatio ex conventionem oriens succedit, **die Aufwechslung** / ubi illa deliberatio tenet, quosnam cum quibus permutare fas sit? generalis regula est, ne ad permutationem veniatur, donec aliqua æqualitas, cujus diligentes sunt ratiocinatores, qui bellum tractant, videatur offerri, etsi enim ordinariè æquale cingulum merentes inter se permutari soleant, conf. pacta inter Colon. Monast. & Belg. ap. Felt. n. 80. §. 5. **alle Officier und Gemeine / von gleicher qualität sollen gegen einander außgewechselt werden.** adde Hojer. *ad jus M. Br. art. 70. p. 434. n. 1.* Ein Obrister gegen dem andern / illud tamen non semper procedit, quid si enim apud nos Tribunus sit captivus, qui consilio & audaciâ Duci meratur comparari, multa nostris damna dedit aut daturus creditur, certè hic cum alio Tribuno non statim est permutandus, nam *inter artifices longa differentia est & ingenij & natura & institutionis l. 31. ff. de solut.* & ad utilitatem quam captus hosti præstat respiciendum in bello quam maxime hinc sæpe fit ut Tribunus dimittatur pro ejus vicario **daß ein Obrister gegen einem Obrist. Leutenant Loß kommet.** præjudicium hab. Feltm. n. 37. Inter gregarios tn. milites, apud nos nulla observatur differentia, sed pro singulis singulis dimittuntur, cum non sint artifices, sed horum instrumenta, quorum efficacia æqualis habetur, secundum *l. 13. C. de contrab. & commut. stipul* Feltm. n. 32. quid inter Romanorum Tyrones & veteranos obtinuerit quodammodo indigitat Bœckl. *mil. capt. p. 166.* Si inæqualitas inter utrinque captos magna fuerit, uni opponuntur plures, usque dum pro-

prop  
gicc  
lum  
sol  
Mag  
  
alte  
stes  
urg  
est p  
ties  
no  
imp  
tert  
mit  
fis p  
All  
art  
ant  
fav  
nic  
dig  
ger  
ple  
qu  
jun  
vel  
suc  
cu  
dit  
per  
me  
m



proportio eveniat, sic factum in bello Hispano-Belgico, ubi cum Mendoza omnes Belgæ capti non solum permutati, sed & ille insuper 23000. fl. lytri loco solvere & pro 70000. fl. fidejussores dare coactus est. Magn. Dn. Kulp. Coll. Grot. p. 161. lit. c. Hojer. d. l.

§. 6. In quæstione: An dimissus ita, ut pro ipso alter redderetur, liber sit, nec teneatur reverti ad hostes, si alter interim moriatur aut ex causis fonticis & urgentibus à Duce dimitti non possit? affirmandum est prius, tum propter favorē libertatis, tum quia, quoties per eum, cujus interest conditionem impleri, non stat, quo minus impleatur perinde habet ac si impleta fuisset. l. 39. ff. de Solut. Tum quia factum tertij liberaliter promissum satis impletur, si nihil omissum sit ex parte promittentis, sed quod in onerosis promissis obligetur ad id quod tantundem valet. Alb. Gent. lib. 2. c. 15. Grot. III. XXI. §. 30. Hojer. d. art. 70. p. 435. qui de praxi testatur his verbis: **Ich antworthe aus praxi, daß solcher gestalt er / propter favorem libertatis sich wieder Gefänglich einzustellen nicht könne angehalten werden / sondern er ist schuldig ein æquivalent entweder an Geld oder an Gefangenen zu præstiren.** Dummodo probet se ad implendam conditionem nihil omisisse omnemque abfuisse dolum & culpam. Alber. Gent. d. l. **junge Burger. cent. I. obs. 33.** Si vero jam liberatus vel in loco captivitatis vel in itinere antequam ad suos perveniat, moriatur, nihil promissor præstat, sicut enim in Emptionis contractu periculum rei venditæ statim atque de pretio convenerit ad emptorem pertinet l. 8. pr. ff. de pericul. & commod. rei. vend. tametsi ea res nondum emtori tradita sit, ita etiam hic, modo omnis abfuerit mora. Alb. Gent. 2. c. 15. p. 330.





## C A P. IV.

De

## REDEMPTIONE PER LYTRUM.

- §. 1. Lytri æstimatio de jure Gent.  
 2. De æquitate & moribus  
 3. Quæ notanda cc. Lytrum.  
 4. Pacta desuper quis conficiat.
5. An milites lytrum à Duce repetere possint.  
 6. Lytro soluto dimittendi captivi.  
 7. De liberat. per promissionē.

§. I. **R**edemptio fit per pretium quod Græcis dicitur *λύτρον*, Belgis *Ranzoën*, gallis *Rançon*, Italis *Riscatto* mediæ ævi *Ranso*, seu *finantia*: Boër *dec. 178. n. 3.* Gvido Papæ *dec. 113.* & vulgo *Ranxon*. Philpp. Ecl. *37. n. 3.* vernacula nostra exprimitur *Ranzion* & est pretium quo captivi redimuntur, unde etiam liberationis pretium dicitur vid. Speidel. *Spec. hist. polit. voce Ranzion.* Feltm. *n. 40.* Ejus æstimatio secundum juris gentium extensionem est in arbitrio victoris. Grot. III. VII. *n. 9.* Alb. Gent. II. *15. p. 332.* & extendi potest ad omnia bona captivi, aut tantum, quantum cognati ejus pro liberatione soluturi præsumuntur, licet enim hodiè jus gentium servitutem prætermittat, omnia tñ. in hostes licere dictat. Grot. *d. l. n. 5.* id quod pluribus probat. Feltm. *n. 43.* argto eorum quib. in jure nostro dicuntur de debitore qui ad evitandos carceres bonis cedere tenetur. *l. 6. ff. de cess. bon. Mæv. The atr. Concurf. credit. c. 1. Th. 35.* Facere huc videntur verba art. 95. R. B. mag ein jeder dieselben schäzen und Kriegsgebrauch nach darmit handeln.

§. 2, Sed



§. 2, Sed æquitas ut in pluribus ita et hîc vult, ut moderatè fiat, quibus autem terminis circumscribatur non conveniunt, desumi potest regula à talionis jure, nam alterius bellantium cum par sit fortuna, id expectandum, quod ipsi in victos statuisent. Pufend *lib. 1. Elem. univers. Jurpr. def. 12. §. 44. ibiq. cit.* Diodor. sicul. & nemo duriter tractatum censes hostem, in quem sua Exempla statuuntur: *arg. t. t. quod quisque jur in alt.* dein videndum quid facere possint, ne excoriantur, & omnibus vitæ adminiculis privati mortem in solatium optent, commiseratio potius habenda captivis, ut pote personis miserabilibus. *c. noli. qv. 1. XXIII.* unde Stamm. *lib. 1. cap. 3. n. 15. & 16. de servit. pers.* ex Alciato tradit ultratrientem bonorum captivo non esse extorquendum. Mariana *lib. 27. de reb. Hispan.* Lytrum annui stipendij quartam partem facit: ap. Græcos auri libra erat, quantum redditus annui bonorum omnium captivi valent, aliquando solvi debuisse testis est. Alb. Gent. *2. 15. p. 334. adde Cortræum de jure Milit. lib. 2. c. 25.* Sic vituperatus Palatinus, qui à VVürtembergico alijsque sic exegit quantum potuit, referente Alb. Gent. *d. l.* ubi Alexandri M. verba ex Curtio *l. 5. Mercatorem scilicet se non esse, sed Regem,* adducit. Leonin. *lib. 2. Emend. cap. 7. n. 11.* Ex morationum gentium consuetudine salarium menstruum constitutum videmus. Jus M. Dan. *art. 124. ibi. Ein Monath Besoldung/ oder so fein Quartier bewilliget/ eine billiche verehrung.* add. Boër *dec. Burdegal. 178. n. 3. & 4. Besold.* Thes. *pract. voce Kantzion.* Verbo tota res ex pactis & conventionibus partium dependet, quæ olim *Quartier* appellari solebant, sicut ea

Duce  
tendi  
tionē.  
æcis  
Ran-  
anso,  
r. 113.  
a no-  
ptivi  
dici-  
eltn.  
n ex-  
n. 9.  
nnia  
ejus  
nini  
nnia  
plu-  
jure  
arce-  
atr.  
ver-  
und  
Sed





cut ea vox adhuc in J. M. Dan- hinc inde extat *art.*  
*124.* hodie vocabulo novo superiori bello tricennali  
 orto Philip. Ecl. *37. n. 12.* dicitur *Cartel.* Exempla  
 quomodo A. 1645. inter Imperatorem & Sveciæ Reg.  
 convenerit per singulas militum classes refert. Hojer.  
*ad art. 70. J. M. Brand.* cujus pacti LL. receptæ etiam  
 fuere 1657. Sveco-Danico Bello, Noviores pactio-  
 nes extant ap. Feltm. Resp. Mil. IX. *n. 76. seqq.* ubi  
 etiam novissimo bello inter Colon. Monast. & Bel-  
 gas An 1672. & inter Gallos eosdem Belgas initæ refe-  
 runtur; ex quibus omnibus apparet Gregarios milites  
 de quorum lytro specialiter vix conveniri solet, sem-  
 per solvere jussos esse salarium menstruum, quale sit,  
 videre est ex LL. nostris militaribus quæ tum de tem-  
 poris putatione R. B. *art. 7. F. B. art. 10.* tum de  
 quanto stipendij R. A. Zu Augsp. An. 1500. *art. 63.*  
 R. A. Zu Augsp. An. 1510. *art. 4. R. A. zu Nürnberg.*  
 Anno. 1522. §. 7. item de accessoirijs R. B. *art.*  
*15. art. 16.* de fraudibus præveniendis in solvendo sti-  
 pendio. F. B. *art. 49. R. B. art. 17. adde* Lundorp.  
*Act. publ. tom. IV. p. 1038. seqq.* admodum sollicitè  
 decernerunt, ubi imprimis attendendum quatenus  
 ægrotis & captis procedat. R. B. *art. 33. ibi da einis*  
*ge oder mehr erfranken. 2c.* Ferdin. III. Art. Br. *art.*  
*68. J. M. Dan. art. 107. seq. Maxim. II. F. B. art. 63.*  
*conf. l. pen. ff. de re milit. l. 1. Cod. eod.* Si super salarij  
 quantitate lis oriatur sententiæ ejus stari solet sub  
 quo captivus meruit, Feltm. *n. 76. p. 158. & n. 82.*  
 §. 13. p. 177. Voluntarius miles ( de quibus *conf.*  
*Cortræum de jure mil. lib. 1. cap. 18.* ) quoniam fidem  
 obligatam habet, unde stat, igitur & eodem jure in  
 liberatione æstimabitur. Boeckl. *mil capt. post. pr.*

§. 3. Notandum hoc loco venit (1.) Lytro  
 conven-



convento non licere militi id augere, neque contractum rescindere eo quod captus intelligatur locupletior quam credebatur Grot. III. XXI. n. 27. hocque servari in praxi testatur Hojer, *ad art. 70.* J. M. Br. Gvid. Papæ *dec 113.* Burg. *cent. 1. obs. 30.* nam jure gentium nemo cogitur supplere quod minus æquo pretio in contractu promisit, si dolus non intercesserit, aut causam contractui bonæ fidei dederit. Leonin 2. Emend. 7. n. 12. & in bello etiam pacta sunt servanda: Alb. Gent. 2. c. 15. (2.) jus in captivum, ab eo, qui captivum tenet, in alterum transcribi posse. Grot. III. 21. n. 23. nam & incorporalia alienari possunt. facit Ferd. III. Art. Br. *art. 70.* Maxim. II. *art. 65.* J. M. Brand. *art. 71.* Svec. *art. 89.* Belg. *art. 64.* R. B. *art. 84.* argto sumto à contrario *conf.* Feltn. n. 82. §. 7. *ibi.* Und soll man mit dem gesetzten Rantzion / als wann es bahr Geld wäre / handeln mögen. (3.) Ad redemptionis pretium prodesse, rem à captivo ita celatā, ut in manus victoris non pervenerit, non enim alia captori acquiruntur bona quam quæ specialiter apprehenderit. *v. supr. cap. 3. §. 2. adde Grot. d. l. n. 28.* & de praxi testantem. Burger. *cent. 1. obs. 31.* der jenige welcher einen Gefangnen bekombt / hat sich dessen von ihm verborgenen Geldter nicht anzumassen / und kan der Gefangene selbige zu seiner Rantzion ungehindert gebrauchen. Pufend. *lib. 8. c. 7. n. 14. de J. N. & G. Alb. Gent. p. 337.* (4.) pretium conventum & ante mortē non solutum ab herede deberi, si in libertate mortuus sit promissor. Grot. *d. l. n. 29.* Burg. *1. obs. 32.* adde distinctionem: an pure an vero conditionaliter facta sit promissio ap Hojer. *ad d. art. 70.* quæ tn. cum priori coincidit, actionem autem hoc



tem hoc nomine, wegen des Loos- Geldes dari, probat Philippi Ecl. 37. lib. 1. n. 13. (5.) non omnes lytrum solvere, qui autem excipiantur intelligi potest ex ijs, quæ cap. 2. §. 2. & 3. dicta sunt, quibus adde cadavera in conflictu vel captivitate etiam demortuorum. Bœcl. mil. capt. p. 155. Feltm. p. 173. n. 10. Hojer. p. 438. n. 6. Colleg. Grot. p. 162.

§. 4. Pacta seu conventiones super Redemptionis pretio conficere an sit penes Duces? non convenit inter Eruditos: affirmantes adducunt l. 5. ff. de pact. negantes dicunt, illam tantum intelligendam de pactis ad tempus durantibus, ut induciis ad sepeliendos mortuos, secus vero esse in his quæ toto bello durare debent, cum præprimis hic versetur summæ potestatis Bellum gerentis præjudicium. Feltm. Resp. Mil. IX. n. 6. aut speciale Mandatum, aut rati habitionem Principis requirit. quod videmus observatum in pactis inter Coloniens. Monast. & Batavos. Gallos & eosd. Belgas. Feltm. n. 80, & 82.

§. 5. An Lytrum quod milites solverunt possint à Duce repetere? quæsitum est: Negant. Heig. p. 2. qv. 32. n. 5. Ærod. rer. jud. lib. X. tit. 2. cap. 1. Cur enim (sunt verba Burg. 1. obf. 34.) qui vitam pretio ad dicunt, captivitatis damna postulent resarciri! & quis demum in hostem fortitudinis documentum aliquod insigne statuet, ubi & salvum se fore & pretio liberandum sperabit! add. arg. l. 26. §. 6, ff. Mandati. Facit quod Dominus non teneatur servo resarcire damnum in servitio acceptum. Cz. Jrpr. for. p. 2. const. 51. d. 14. Sed hæc de jure stricto; æquitas vero



vero svadet, ut milites in conflictu vel excursione capti, liberentur ex communi ærario militari, quod observari de consuetudine, testatur ipse Burg. d. l. Feltm. n. 41. & Heig. d. l. Unde vero lytrum desumendum, an ex collecta? vid. Bœcl. mil. capt. p. 156. quid obtineat si pars hereditatis pro redimendis captivis relicta, an valeat, & intra quod tempus peti possit? v. Cortræum. lib. 2. c. 25. & l. 23. in fin. C. de SS. Eccl. An Dominus captus ejusque consiliarij & officiales per collectam redimendi, & quando? Burg. 3. obs. XVIII. De Magistro Equitum von dem General Feld = Marschall / prospectum fuit nuper in Instructione Imp. & Ordinum de Anno 1672. his verbis. Solte fürs zehende / der Herz Reichs = Feld = Marschall / so Gott gnädiglich verhüten wolle / vom Feind gefangen werden / so wird das Reich in solchen Fall wegen der Rantkion thun / was die Kriegs = raison erfordert. Si Dominus feudi, captus, & nec ex ejusdem bonis nec aliunde λύτρον solvi potest, Vassallus tenetur redimere. Bœcl. d. l. p. 152. Struv. S. J. F. cap. XI. aph. 5. n. 14. quæ contributio loco servitiorum æstimanda. arg. II. feud 42 §. item si delator Filius à Patre redemptus non tenetur lytrum conferre. l. 17. C. de postlim. ibique Br. Cz. p. 3. c. II. def. 25. n. 7. Barry de success. lib. 14. tit 4. n. 21.

§. 6. Supra cap. 3. §. 3. in f. dictum est, unâ cum lytro solvi deberi impensas in victum & quæ ratione custodiæ debentur, was den Provosen gehöre / nunc addendum est, lytrum solvi deberi monetâ validâ in loco contractus ns. aliter conventum. v. Feltm. n. 76. p. 160. alle Lösegeldter. n. 82 §. 16. & soluto lytro captivos amplius non detinendos esse, sed

E

statim



statim veniam recedendi impetrare, tempus tñ. quoque ex speciali conventionē dependet, ultra quod si detineantur tenentur detentores sumptus & impensas ferre. *vide Feltn. n. 76. p. 158. & p. 160. §. Alle Hauptleuthe / re. in fin. bey Straff / daß der so sie aufhält / solle die nach der Zeit verursachte Unkosten zu tragen haben. Quod si captivus intra mensem non redimatur apud partem adversam merere potest. Hojer. d. l. Feltn. n. 80. §. 7. Und dafern. si v. ante hoc tempus, id fecerit desertoris instar habetur. ib. so soll er als ein deserteur getrafftirt werden. junge Burg. cent. 1. obs. 35. An Præfectus cujus auspicijs excursio facta, vel qui militi eqvum commodavit, de præda & lytro captivorum partem capiat. v. Feltn, n. 36. seq. Zouch. p. 2. sect. 8. qv. 17. qui aff. An pretio soluto dimissus, iterum captus denuo teneatur solverelytrum. Alb. Gent. 2. c. 15. Zouch. d. l. qv. 18. hodie captivos certum ad locum solent commitari, de quo convenit.*

§. 7. Favor in captivos milites nunquam manifestior, quam quotiens bellum initis conditionibus finitur, solennem in legibus pacis locum occupante captivorū ex utraque parte dimissione. Utrū, vero pro captivis redimendis, Urbes, Munimenta jura cedi tradique, an pace intempestivā, an demum innocentis civis deditio liberandi sint? parum faciles sunt deliberationes, adeat qui pleniorē de his desiderat cognitionem Bœckl. *dis. mil capt. p. 181. in f. seqq. & Disf. de Domin. Emin.* neque n. ratio institui neque tempus patitur ut me hic diffundam. Inter modos liberandi referenda quoq; venit dimissio sub cautione aut promissione eaque vel juratoria vel nuda



da, auf Cavaliers Parole de qua *supr. c. 3. §. v. 4.* Stamm,  
*1. cap. 3. n. 14.* & tali modo dimissi interim omnia re-  
 ste agunt, Feltn. *n. 65.* promittunt autem; vel se alte-  
 rum de quo conventum liberaturos, (quo casu, si  
 alter mortuus aut à Duce militiæ ob urgentes causas  
 dimitti denegatus fuerit, quid obtineat, dictum *cap. 3.*  
*§. 6.*) vel redemptionis pretium cumparaturos, quod  
 si fieri nequeat tenentur in captivitatem redire. Ho-  
 jer. *d. l.* ibi gestalt Kriegs-raison nach das wiederkom-  
 men für eine Zugende / das aussenbleiben aber für  
 eine Verrätherey geachtet wird. Nonnunquam  
 ante dimissionem tenentur promittere se abstinere  
 velle armisper aliquot tempus contra dimittentes,  
 & desuper solent literæ reversales confici, quas si  
 exactè servare supersedeant, citantur & emanentes,  
 aut alias non sufficienter se excusantes infames de-  
 clarantur, imo nomina eorum locis publicis inho-  
 nestis affiguntur. Hojer. *d. l.* ubi de praxi, und  
 zu weilen ihre Nahmen öffentlich an Galgen ge-  
 schlagen.

C A P. V.  
 DE

CAUSIS LIBERATIONEM  
 impediens.

- §. 1. Privatus redimens jus pi-  
 gnoris habet in redempto. §. 3. Delicta militum.  
 2. Causæ liber. imped. Milit.  
 disciplina. obsidio. multi- 4. Conclusio.  
 tudo.

§. I. **C**ONSIDERATIS modis liberationis, restat tan-  
 dem, ut paucis videamus quæ causæ eam





impediant, quæve personæ dimitti non soleant, sciendum autem prius, tertium quemvis captivos posse redimere, favorabilis namque causa eorum est, unde Bœcl. d. l. p. 142. seq. & p. 150. inquit, *non invidetur interim hæc gloria privatis, si velint civibus quibusdam suis liberatis vel humanitatis officium usurpare vel nomen sibi comparare aut benevolentiam colligere*: minus tamen speciosam esse liberationem, addit, quando ejusdem civitatis civis suo ære redemit civem, non quidẽ servum redemptoris futurum, sed tamen plenæ libertati non restituendum, nisi pretium suo persolverit redemptori, aut certum ad tempus serviverit, quod etiam legibus civilibus firmatum est. l. 15. ff. de captiv. l. ult. Cod. eod. l. 20. §. 1. ff. qui testam. fac. poss. Brun. ad l. 17. C. de postlim. ne favor redemptionis, consideratione damni imminueretur, hominesque ad eam humanitatem segniores, fierent si repetitio pretij nulla esset. l. 2. C. de postlim. Contr. de jure. Mil. 2. c. 25. Et hodie etiam redemptus alienâ pecuniâ tunc demum Statum suum recipit, cum pretium conventum solverit, vel ei aliquo alio judicio remissum fuerit, alias nexu pignoris redemptori obligatus manet. Phil. Ecl. 37. n. 6. & 8. Nec ante potest militare quam se luat: l. 8. ff. de Re Milit. *Es ist keiner / welcher seine Relation noch nicht erleget Herren Dienste zuverrichten berechtiget.* Burger. 1. obs. 36. Liberatori contra Ducem Militis actione negotiorum Gestor. aut detentione tributâ: conf. Feltn. n. 77. p. 162. Contr. lib. 2. cap. 24.

§. 2. Causæ



§. 2. Causæ liberationem impediētes sunt variæ quandoque enim militaris disciplina & Statutum civitatis redemptionem captivorum prohibet, quod ipsi captivorum Legati Romanæ civitatis fatentur : Liv. lib. 22. cap. 59. & ex eo Bœcl. d. l. p. 160. seq. & nihil esse quo magis disciplina militaris confirmari possit quam exemplum ad versus indignos, nemo dubitavit : *Quæ enim spes in milite residua est, si nihil potius fuerit quam capi? Quintil. declam. 339.* quandoque multitudo captivorum liberationem difficilem reddit, tum apud eos, qui detinent, tum apud redempturos, absurdum enim, nisi pace factâ; dimitti bonos & multos milites, ut his ipsis corporibus bellum denuo adversus dimittentes instrui possit, quod præprimis obtinet in obsidione, quâ durante nemo captivorum dimittitur, vid. præjudicia ap. Feltn. n. 72. item, si captus singulari arte bellicâ instructus, nemo siquidem cogitur hostibus arma quibus juguletur suppeditare.

§. 3. Redimi porro non facile solent propter negligentiam seu Ducis mandatum insuper habitum capti, Bœcl. p. 164. his accenseri quoque debent qui in fugâ præmaturâ aut ordinibus seu stationibus desertis capti sunt, capitale siquidem est loco decessisse aut stationem deseruisse fugâ. R. B. art. 63. F. B. art. 22. J. Mil. Svec. Tit. IX. n. 51. Belg. art. 51. & ultimo non dimittuntur transfugæ, proditores, capitis damnati, banniti, si recepti fuerint, sed meritas luunt pœnas, unde in pactationibus etiam super lytro excludi solent. vid.



Feltn. n. 77. §. II. Ist auch verglichen daß  
Krafft dieses keine Verräther / Ueberläuffer / mit  
Urtheil verdamme etc. Quæ differentia sit inter  
Emanfores, Desertores, & Transfugas docet Stall-  
burgerus in *jur. mil. Germ. p. 24.*

§. 4. Et hæc sunt, Lector Benevole, quæ  
mihi circa captivos consignare licuit, lubentis-  
sime autem fateor in multis & concinnio-  
rem ordinem & accuratiorem desiderari posse enoda-  
tionem, sed perpendas, non omnia omnibus  
data, & neque temporis tam arcte constricti, ne-  
que aliquot dierum opus esse, opus omnibus  
suis partibus absolutum perficere. Dabitur Deo  
dante aliquando occasio, plura, & propriâ  
forte experientiâ roborata, exhiben-  
di. Jam concludo, pro  
concessâ ope sit.

**SOLI DEO GLORIA.**

Ad



Ad

Nobilissimum atque Clarissimum

DN. THANNERUM

Auditorem hactenus suum, assiduum, & Amicum  
Optimum, Inauguraliter nunc Disputantem.

**M**ultis Te donis Natura benigna beavit,  
Perfecitque magis Musa labore suo.  
Prosperitate pari, quos inde mereris,  
Honores

Egregios addat, qui regit hosce, Deus.

Votum

Jo. Georgii Kulpis, Inst. Jmpp. & Jur. Publ. Prof.  
ordinarii h. t. Collegii Jurid. Decani.

**D**ebita Captivis tradis, THANNERE perite,  
Quæque in eos alios reddere jura decet.  
Egregiæ specimen doctrinæ juris & æqui,  
Nomina familiæ qua decorata tuæ.

Gratulatio

Frid. Schragij D. Pand. & Jur.  
Can. Prof. Ord.

**D**um quæ captivi fiant, ostendis Amice,  
Hostes Justitiæ vincere jure doces  
Sicut victorem quondam laus maxima mansit  
Sic Tibi pro meritis inde paratur honos.

F.

J. F. Harnusberger  
J. V. Ddus.

Ad



1090 *AK III 3744* ☼ (40.) ☼

**M**Artis opus captos agere est ; servare futuram  
In libertatem , pacis & artis opus.  
Hoc Tu cum doctè tradas, me iudice, fructu  
Te belli & pacis par meliore frui.

Gratulabundus apposuit.  
J. R. Mader.

**I**N bello captos animas & carcere solvis  
Captivi Studiis dant decus omne tuis.  
Scilicet hunc pietas retulit pro munere quæstum  
Fortunæ possis ut superesse tuæ.

Votum  
E. C. Belleri.

*SI Tibi verborum nunc ornamenta placerent,  
Solverer in laudes, suavis Amica, tuas.  
Sed satis ingenium Captivi jure redempti  
Commendant, votis hinc nihil addo meis.*

E. F. Eckher.

**C**aptivos Juris finem vis esse laborum ;  
Indicium certum est, omnia capta Tibi.  
Non est cur dubites, quin commoda multa sequantur,  
Ecce Tibi summus laude paratus honos!


Valentinus Sindelfen.

**FINIS.**



1054

Imper  
sibi ve  
ter - u  
de An  
fixum  
vanti  
nulla  
concer  
que an  
ad Gr  
inibi  
discus  
ter in  
captis  
litaris  
Suff.  
putat  
dam  
berem  
equid  
disqu  
Mag  
verfit  
Deca  
ac Pr  
dum,




**Kodak**  
LICENSED PRODUCT  
Black

© The Tiffen Company, 2000

**KODAK Color Control Patches**

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black



o primum  
i II. Reuto  
u Speyer  
n sibi pra-  
ello obser-  
ilent leges,  
ubtilitates  
inosior at-  
mat Zigl.  
, omnibus  
is apicibus  
rò non in-  
referenda  
is LL. mi-  
.art. 94. 95.  
abs re fore  
ralis qua-  
os conscri-  
enus mihi  
c materia  
m habui,  
ujus Uni-  
um, h t.  
atronum  
n colen-  
b. III. cap.  
VII. junct.

VII.  
hoc  
ducc  
capt  
dia  
men  
clesi  
stat  
n. 23  
Etur  
freg  
den  
ex  
imb  
mo  
con  
E

